

CAROLI SEBASTIANI BERARDI
PRESBYTERI UNELIENSIS,
DE REBUS AD CANONUM SCIENTIAM PERTINENTIBUS
CONSULTORIS REGII,
ET IN TAURINENSI ATHENÆO
DECRETALIUM PROFESSORIS
COMMENTARIA
IN JUS ECCLESIASTICUM UNIVERSUM.

TOMUS SECUNDUS.



MATRITI: MDCCLXXX.
EX TYPOGRAPHIA ANTONII DE SANCHA.

Prostant apud Bernardum Alverà, in via vulgò Carrera de S. Geronimo.

INDEX,

QUO EXHIBENTUR ORDO,

ET SINGULARIA ARGUMENTA

TRACTATIONIS

De Beneficiis Ecclesiasticis, seu Commentariorum

IN TERTIUM LIBRUM DECRETALIUM.

Prefatio & partitio tractationis. pag. 1.

DISSERTATIO PRIMA.

De Beneficiorum origine, natura, & qualitatibus. pag. 3.

CAP. I. *Quid sint beneficia, & quæ illorum instituendorum ratio.* ibid.

CAP. II. *De beneficiorum proprietatibus generatim, ac specialiter de perpetua beneficiariorum militia.* pag. 11.

CAP. III. *De ingenita beneficiorum perpetuitate.* pag. 15.

CAP. IV. *De beneficiis non scindendis.* pag. 18.

CAP. V. *De beneficiis pluribus uni Clerico non concedendis.* pag. 23.

DISSERTATIO SECUNDA.

De variis beneficiorum speciebus. pag. 34.

OBSERVATIO I. *De quibusdam Cathedralium, aut Collegatarum Ecclesiarum beneficiis.* pag. 35.

OBSERVATIO II. *De beneficiis regularibus.* pag. 50.

OBSERVATIO III. *De beneficiis commendatis.* pag. 62.

DISSERTATIO TERTIA.

De beneficiis erigendis, restaurandis, uniendis, vel dividendis. pag. 77.

CAP. I. *De beneficiorum erectione.* ibid.

CAP. II. *De beneficiorum restauratione.* pag. 86.

CAP. III. *De beneficiorum unione, vel divisione.* pag. 92.

DISSERTATIO QUARTA.

De juribus Patronorum. pag. 108.

CAP. I. *Quid sit Juspatronatus.* ibid.

CAP. II. *De variis patronatus speciebus.* pag. 112.

CAP. III. *De iis, qui Juspatronatus adquirere possunt, vel semel acquisitum retinere.* pag. 120.

CAP. IV. *De causis, quibus Juspatronatus constituitur, & primum acquiritur.* pag. 124.

CAP. V. *De modis, quibus Juspatronatus semel acquisitum in alios transfertur.* pag. 135.

CAP.

IN TERTIUM

DECRETALIAM GREGORII IX. LIBRUM
COMMENTARIA.

SIVE

De Beneficiis Ecclesiasticis

TRACTATIO

Brevis quidem, sed undique absoluta,

Ad quam præcipui ejusdem Libri Tertii tituli exiguntur.

IN expendendo publico potius Ecclesiarum, quam privato Clericorum jure versabar, quum ad interpretationem libri primi, & secundi Decretalium Gregorianarum de potioribus Ecclesiæ dignitatibus, illarumque jurisdictione, & officiis tractationem inscriptam, concinnatamque proposui. Rectus ordo nunc postulat, ut Collectorem secutus ad Commentaria libri tertii ineunda jus privatum Clericorum expendam, quod maxima in parte in beneficiis Ecclesiasticis adipiscendis, retinendis, administrandisque consistit. Qua in re non tantum inest suavissima delectatio, quod elegans inde disserendi, disputandique materies præbeatur; verum etiam posita invenitur pergrata utilitas, quod certæ præjaciendæ sint regulæ, unde dirimantur, quæ sane amplissimæ in judiciis, & in foro Ecclesiastico emergunt, controversiæ, in quibus ceteroqui plurimum studiorum, & contentionis passim impenditur. Et quidem in primis non mediocri jucunditate fruitur, qui in ea Clericorum jura animum intendit, quæ origine antiquissima sunt, quæ per varios temporum casus varias passim vices habuerunt, quæ certis hodie regulis concluduntur, adeo ut qui mentem suam prudentia, ac moderatione composuerit, videlicet qui nec eo animo est, ut vetera temnat, & in una recentiore disciplina graviter cubet, nec eo, ut canorum, priscorumque Virorum sola laudet constituta, quæcumque nova fastidians, mirari æque, ac gaudere possit in varietate ipsa imaginum, quæ profecto, & speciosæ sunt universæ, & eo collineant omnes, quo ad bonum, utilitatemque rei Ecclesiasticæ perve-